CATALOGVS LECTIONUM ET EXERCITATIONUM

QUÆ

IN ACADEMIA JULIA

A FESTO PASCHATOS

USQUE

AD FESTVM MICHAELIS

ANNI MDCCI.

HABEBUNTUR.



HELMESTADI,

Typis GEORG-WOLFGANGI HAMMII, Acad. Typogr.

Anno M DCCI.



FACVLTAS THEOLOGICA.

JOH. FABRICIUS D. Controverſiarum, quae nobis cum diverſis diſſentientium partibus intercedunt, tractationem publice, DEO volente; privatim autem ſcholas exegeticas in S. Scripturae libros, cum cura & ſtudio ſingulari inſtituet: nec operam ſuam, diſputare cupientibus, unquam recuſabit. Docet hora IX.

JO. ANDR. SCHMIDT D. hiſtoriam eccleſiaſticam ſeculi XVI & XVII. ſacra noſtra propius attingentem publice tradet cum cura; privatim, præter prælectiones in theologiam moralem, dogmata examinibus & diſputationibus ſubjiciet, publicas diſputationes de controverſiis, aliisque ſelectis materiis, ſedulo B. C. D. continuaturus. Docet hora X.

CHRISTOPHORUS TOBIAS WIDEBURGIUS D. publicas in Epitomen Calixtinam lectiones ſedulo continuabit, & abſolvet. Diebus etiam extraordinariis Chriſtianæ doctrinæ capita diſputationibus publicis repetet. In domeſtico auditorio dogmata ſacra non ſolum perſpicue explicabit, ſed & inſtituto examine repetet cum iis, qui proximo ſemeſtri eadem audiverunt. Operam quoque commodabit iis, qui de ſelectis quibusdam materiis diſputaturi eam deſiderant. Docet hora III.

FRIDERICUS Weiſe *D.* Epiſtolam ad Romanos publice interpretatur. Privatim B. Bajeri *Theologiam poſitivam*, ut cœpit, explicare atqve examinare perget. *Paſtorali prudentia*, quæ modo abſoluta eſt, Rhetoricam

 eccle-

ecclesiasticam B. Gözii addet atqve ita tradet, ut, quibus ad conciones cum utilitate habendas se præparandi animus est, præcepta discant, ex fundamento se præparent atq; tandem utiliter ad ecclesiam loqvantur. Docet hora II.

JOH. BARTHOLDUS NIEMETERUS D. novas recentiorum fanaticorum à fidei Christianæ analogia, orthodoxæque Ecclesiæ sententiis longius recedentes doctrinas juxta Scripturæ Sacræ normam publicis lectionibus expendet. In domestico Auditorio Casus Conscientiæ Ministro Ecclesiæ in sancto suo munere non rarò offerri solitos resolvet; fidei Christianæ capita examinibus ac Disputationibus instituendis repetet, nec minùs publicas Disputationes continuabit. Docet publicè horâ IIX.

FACVLTAS JVRIDICA.

GEORGIUS **Engelbrecht** *D.* Cod.Prof. Ordin. Publicas Codicis prælectiones ad materiam tutelæ in libro sexto perductas diligenter continuabit. Privatos labores universi juris cum aliis absolvet; cum aliis gnaviter urgebit: nec promtam operam disputandi cupidis denegabit.

JOHAN GOTHARD **von Böckellen** D.Juris Canon. & Feud, Prof. Publ. Ordin. lectiones suas publicas de processu civili continuabit, & deinde processum criminalem tractabit; Privatim quoque ex desiderio Dnor. Studiosorum operam suam offert, nec unquam denegabit.

JOHAN **Eisenhart** D. Pandectarum Prof. Publ. Ord. expositione libri noni Digestorum brevi ad finem perducta, ad librum X. & sequentes ordine progredietur.

Priva-

Privatas quoque lectiones debita sedulitate continuabit; Aliaque exercitia academica in usum cupidæ legum juventutis pro re nata instituet.

JOHANNES WERLHOFIUS D. Institut. & Jur. Crimin. Prof. Publ. Ord. publice Institutiones absolvit; nunc Ordinationem Criminalem Caroli V. denuo interpretabitur. Privatim Pandectas, ad ductum Compendii Lauterbachiani, explicare nuper admodum exorsus est, ita ut omnibus post festum Paschatis demum adventuris, si qua illos Pandectas audiendi cupiditas tenet, re adhuc integra accedere lectionibus hisce liceat, omni dehinc sedulitate continuandis. In Publico quoque Jure, quamprimum in Grotii de Jure Belli & Pacis Opus prælectiones ad finem perductæ, desideria Commilitonum explere haud pigrabitur, promtam non disputando minus, quam docendo operam cupidis promittens.

ANDREAS HOMBORGIUS Prof. Jur. publ. Prælectionibus publicis ad regulas juris Canon. absolutis titulum ff. de V. S. publice interpretabitur. Privatim Institt. Justin. sedulo continuabit &, si justus Auditorum numerus se offerat, Digesta denuo tradet; Disputationes vero publicas, ad eadem institutas, gnaviter urgebit, alias novas, prelo jam tum subjectas, si Deus volet, propediem exorsurus.

FACULTAS MEDICA.

FRIDERICUS SCHRADER D. Ubi menses proximi plus otii dabunt, quam hactenus Academiæ Vice-Rectoratus, quem gerit, concessit, Methodum medendi publicè exponere incipiet, & observationibus propriis il-

luſtrabit; operam daturus ut illi etiam, qui in artis fundamentis addiſcendis verſantur, rem intelligant, & fructum inde percipiant. Inſtitutionum quoque Medicarum privatas prælectiones brevi abſolvet.

ANDREAS JULIUS **Böttícher** Med. D. Ad *Pathologiæ & Semeiotices* profeſſionem haud ita pridem a *Ser^mis & Potentiſſimis Ducibus Brunſvico-Luneburgenſibus* in hanc Academiam vocatus, ex naturali conſtitutione partium humani corporis receſſum a naturali ſtatu publicis in lectionibus demonſtrabit, diagnoſtica morborum ſigna, & cauſas eorundem expoſiturus. Privatas etiam ſcholas pro captu & deſiderio Dnn. Studioſorum, in quacunq; Medicinæ parte operam ſuam expetierint, inſtituere paratus eſt.

FACULTAS PHILOSOPHICA.

JOH. BARTHOLDUS NIEMEIERUS Philoſophiæ originem, incrementa & per varias ſectas factam propagationem publicis lectionibus delineabit. Domi ſuæ Metaphyſicam pariter atque artem ratiocinandi tradet, nec minùs ad alias diſciplinas Philoſophicas addiſcendas Auditoribus ſuis facilem manuductionem præbebit, reliquos etiam Studioſæ juventutis ad ſolidam eruditionem acquirendam tendentes conatus quôvis modô adjuturus.

FRIDERICUS SCHRADER quamprimum Academiæ Magiſtratu abierit, promiſſam introductionem in Hiſtoriam animalium publicè ordietur. Privatim integram naturalem ſcientiam, brevibus theſibus comprehenſam, hac æſtate explicabit, inſtitutis experimentis

tis illustrabit, & ante hyemem absolvet. Docet publicè hora V.

HERMANNUS **von der Hardt** quam superiori semestri Philologicam Historiæ Abrahami instituit Enarrationem, ***Juris Judæorum publici antiqui fundamenta*** demonstraturus, eam sedulo continuabit. Privatim alia Philologiæ sacræ argumenta pertractabit, ***Syriacis*** inter alia tradendis operam daturus. Docet publice hora IIX.

JUSTUS CHRISTOPHORUS **Böhmer** Polit.& Eloq. Profess. Ordin. hoc semestri, diversis horis, publicè interpretabitur ***Vitriarii Institutiones Juris Naturæ & Gentium*** & ***Vogleri introductionem in notitiam bonorum scriptorum.*** Privatas in Grotium de J. B. ac P. lectiones propediem absolvet, novasque in hunc librum auspicabitur aut Notitiam S.R. Imperii exponet. Nec deerit iis qui Civilis Doctrinæ præcepta sibi explicari & dicendo scribendoque exerceri cupiunt. Docet publicè hora X & IV.

CHRISTOPHORUS HENRICUS RITMEIER Ritus & solennitates quibus Græci hodierni in Sacris peragendis utuntur, ordine exhibebit. Postea, ubi rem gratam Auditoribus se facturum intellexerit, tradet Geographiam Græciæ hodiernam. De cætero non solum in Philologiæ S. studiis sedulo perget, sed & aliis exercitiis vacabit. Docet publice hora III.

HERMANNUS DIETERICUS MEIBOMIUS demandatam sibi nuper clementissime a Ser^ma^ ac Pot^ma^ Domo Brunsvico-Lunæb. Historiarum Professionem publice a Germaniæ historia auspicaturus, eam inde a Caroli M. temporibus per seriem Germanicorum Cæsarum ad præsens ævum ex optimis monumentis luculenter exponet. Privatim vero in recentiori novissimorum

duorum

duorum feculorum hiſtoria civili explicanda induſtriam ſuam collocabit. Docet hora II.

JOHANNES WILHELMUS **Engelbrecht**/ Moral. Prof. Publ. & Ord. poſteaquam Sereniſſimæ Domus Brunsvico-Luneb. clementiſſimo indultu Philoſophiæ Moralis Profeſſio ipſi demandata eſt, ut primum publico Programmate lectiones ſuas ſignificaverit, Celeberrimi Dn. Eiſenharti Inſtitutiones Morales publicè interpretabitur. Privatim etiam Nobiliſſimorum Commilitonum deſideriis morem geret, ſi quibusdam forte vel Pufendorffii liber de Officio hominis & Civis, vel alius Juris Nat. & Gent. Doctor, qui electioni eorum relinquetur, arriſerit. De cætero & omni aliâ ratione Moralium Studioſis operâ ſuâ non deerit. Docet horâ Ima.

